



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimosexto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

Quoniam exemplis & historijs semper magis docemur, quam legibus,
iuribus, & constitutionibus. Illic enim instituit certissima experientia,
hic nuda crudiunt verba.

DECIMOSEXTO.

Opera principum necessaria. ¶ Omnes principes, proceres, & domini nostra erate haberent tria p̄cipua opera que faciant, p̄ferim in nostris regionibus. Primo vt abrogarent horribilem abusum edendi & potandi, nō solum propter immoderationem, sed etiam ob p̄ciositatē & charitatem. Nam per aromata, & condimenta, & id genus alia, sine quibus bene viui potest, non paruum detrimentum temporalium bonorum in has terras irrepit, & cotidie penetrat. Quibus duabus magnis iacturis tollendis prophana siue secularis potestas sane satis haberet negotij. Mira enim altitudine rades egerunt. Quomodo autem melius principes & deo seruiant, & suas ipsorum regiones auctiores facere possent? Secundo. Tollere immoderatos sumptus, cultus & amictus, quibus tantum facultatum absumitur, & tamen dumtaxat ad mundi carnisq; seruitutem, vt terribile sit cogitatu, eiusmodi abusus apud populum inueniri Christo crucifixo deuotum & iuratum, baptizatum, & dicatum, ad crucem suam cum eo ferendam, & quotidiana p̄paratione ad mortem. Imprudentia enim id factum tolerabilius esset. Sed tam licenter, tam impune, tam impudenter, & tam nullo impediēte & occurrente & resistente hoc fieri, imo inde gloriam & laudem requiri, res est vere impia, irreligiosa, & Christianis indigna. Tertio. Antiquare & eijcere pensiones & nundinas vsurarias & feneratorias, quibus in toto terrarum orbe omnes regiones, homines, & ciuitates corrumpuntur, absumuntur, deuorantur, & deuasatur, specie eius improba, qua facit ne sit vsura, cum tamen reuera eo sit peior & improbior vsura, ideo quod non vt antea p̄ vsura vitatur. Eece hi sunt tres Iudei, vt dicitur, totum orbem terrarum exfugentes & exhaurientes. Hic ergo principibus, proceribus & dominis neq; dormiendum, neq; desidendum esset, volentibus deo bonam officij sui reddere rationem.

DECIMOSEPTINO.

Imposturarum Ecclesiasticorum p̄latorum. ¶ Hic quoq; cōmonstrandæ fuerint improbitates & officia officialibus, & reliquis Episcopalibus & ecclesiasticis magistratibus familiares, qui miseram plebem magnis oneribus & molestijs excommunicant, citant, agunt, & vexant, donec vel aliam viam habeant reliquam. Talia essent seculari coerenda gladio, quia hic nullum aliud est vel medium vel auxilium. O vtinam aliquando eiusmodi res publica instituantur, quæ tollat etiā lupanaria, quemadmodum in populo Israelitico erat. Est etiā